



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendiolvm De Lavdibvs Aqvae Benedictæ, eiusq[ue]
primaria institutione, in duodecim Paragraphos
discretum, pro instructione simpliciu[m], co[n]tra
Lvtheranos, & Valdenses Hæreticos**

Bernardus <de Lutzenburgo>

[Köln], 1526

VD16 B 1991

De primaria institutione aquae benedictae. § III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30516

- Exodi. xv**
Augustinus Sile habet in Exodo de cōuersiōe aquæ amaræ i dulcē. Augu. 1. lib. de mirabilib⁹ sacrae scripturae. c. 22. Et cōtinuo fatigati filij Israel q̄s rulosi ardoris sitis in Marath aquas amarissimas inuenerunt, quarū salitate prohibiti suæ sitis solamen minime habere potuerunt, sed Mosi a dño lignū ostendit, cuius tactu amara aqua indulcorat eius q̄ de hinc sapore, populus sitis ardorē deposuit, ex quo intelligitur nō tunc lignū contra naturā, aquā effecisse dulcē, sed praecepto conditoris & naturæ gubernatoris lympham mutauit in saporē. Et dicit glossa ordina. Forte locus erat ubi ligna omnino nō inueniebant & in hoc ostendebat diuinū adiutoriu, q̄ dñs ei lignū ostendit ubi nullū erat, & per hoc lignū aquas dulces fecit, praefigurans gloriā, & gratiam crucis, & in tali ligno quis, nisi creator & demonstrator laudandus est. Et Augustinus ubi supra. Aquas amaras uel etiā ipsas salissimas, in dulcē saporem uerti posse, frequenter nauæ comprobant, qui illas per humū optimæ terræ infusas, & hoc artificio etiā indulcoratas sæpe sitim tēperant, Nubes q̄q̄ de marinis finib⁹ uapores leuant falsi saporis, sed easdē dulces q̄n pluūt terrenis usib⁹ ministrant. Qm̄ saluginis uitiū quod in semetipsis aquæ insitū capiunt per infusionē terræ illud nubes deponunt. Intuitu itaq̄ primi miraculi ecclesia introduxit modū benedicendi aquam, qua fideles aspergunt, in cuius forma dicit, Exorciso te creatura salis, per deū uiuū, per deū uerum, per deū qui te per Helizeū propheta in aquā mitti iussit ut sanaretur sterilitas aquæ.
- De primaria institutione aquæ benedictæ. § III.
- Numeri. xix,** ¶ Numeri. 19. dicit. Qui tetigerit cadauer hominis & ppter hoc septē diebus fuerit immundus, aspergat de hac aqua die tertia & septima, & sic mundabit. Sic inoleuit consuetudo ecclesiae, q̄ dominica die, q̄ est septima, fit benedictio aquæ, & hæc benedictio nō est recens, sed ut dicit in Cronica summorū Pontificū. Alexander prim⁹ & martyr, qui sedit in cathedra Petri anno a passione dñi. 83. fuit q̄ prim⁹ instituit aquā cū sale benedici, & in habitaculis hoim iussit aspergi. Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis. Alexander Papa quintus, a beato Petro cōstituit, ut aqua cū sale benediceretur ad aspergendū populū & habitacula eorū. Illorū q̄q̄ exēplo q̄ Helizeus propheta sal in aquā misit, & misisse legitur ut condimento hoc, fontes amari in dulcedinem uerterentur. Et de cons. dist. 3. c. aquam sale aspersam in populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur & purificent, q̄d om̄ibus sacerdotibus faciendū esse mandamus. Et in concilio Vauetenſi ita fuit statutū om̄ibus diebus dominicis, quiq̄s presbyter in sua ecclesia ante missarū solēnia, aquā benedictā faciat in uase nitido, & tanto ministerio cōuenienti, & de eadē aqua populus intrans ecclesiā aspergat. Idē recitat Archidiaconus in rosario super decretum circa dictum canonem.
- Alexand. pri.**
Hugo.
- De cō. dist. iij.**
Ex cōc. Vauet.
Archidiacono.